



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Liliuvm. Ex D. Ambrosoi, c. 8. lib. 3 Hexam. Descriptio CXXXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Sunt & non pauci albi, & purpureis punctis aspersis versicolores, quae coloris varietate, & odoris suavitate, cum rosis de principatu certant.

## L I L I V M.

Ex D. Ambrosio, c. 8. lib. 3 Hexam.

## Descriptio C. X X X I I.

**C**onsiderate lilia agri, quantum sit candor in folijs, quemadmodum stipata ipsa flora ab uno ad fumum videantur assurgere, ut Syphi exprimant formam, ut autem species quedam intus effulgeat, quae ramento vallo in circuitu floris obsepta, nulli patet iniuria.

*Idem expressum ex Plinio, &c.*

**N**um vero talis est liliij pulchritudo? num excelsa species? Num maiestate cinctum caput, cuius oneri vix collum sufficit? num argenteorum foliorum striati ordines? num paulatim in latitudinem se explicantes angustiae? num resupina per ambitum labella, num delicatissima, que interius sunt fila? num filorum stantia crocias aureolis capita? num odor, num candor eximus, satis istud, vel me tacente, prædicant: egregio flore digna vestis, cuius viror radiat, fulget purpura, aurum rutilat, crocus accenditur, tot enim sunt in lilio colores, ut Theophrastus, Plinius, & Dioscorides naturalis historiæ antesignani authores memorant: quin & lilia to-

tä rubentia narcisos vocant, *O flori naturæ corculum*, & mundi delicium: macte ista specie, macte tam vario colorum apparatu. Felix quidem in multis, sed in uno omnium felicissimus, quod præconem habes tuarum laudum, non Apollinem, sed Christum, qui te regis magni opulentiae anteposuit.

## L I L I V M P E R S I C U M.

Ex Rouillo, l. xv.

**C**aulis est Lilio Persico ternum cubitum, quem fuscæ ambiunt folia ex corileo virientia, mucronata, lilijs eruentis paria; flores nutantes, nolarum effigie oblongata purpura nigricant: radix buibola, fissa, minime squamis loricata, albida, a uera parte sessilis, & plana, porrectis subtus obsecuere flauentibus.

## R O S A.

Ex D. Ambrosio.

## Descriptio 134.

**S**Verexerat antea floribus immixta tenuis sine spinis rosa, & pulcherrimus flos sine villa fraude veniabat: Postea spina sepsit gratiam floris, tanquam lumanæ speculum pæferens vitæ, qua suavitatem perfundit: suis finitimi curarum stimulis impedit: pungat.

## V E R.

Ex Theophylacto.

## Descriptio

**O**ἰδινὴ τὸ διαβίνεια παρηρῆτον ὑδάτου ἀσθέτης ἡδὺ ἔστι ζέφυρος ὑπόσωμον ἡρέμα τούς κλαδίσκους, ποικίλους ἢ τὸ ὄφελον ὁδούς, ἢ ἀνθέων χροιάς, καὶ λειψυρός θάμνοις, τὰ μὲν γεωργίας ἔργα, τὰ δὲ φύσεις δᾶσα, πάντα εὐέδη γῆς ὑγιανθόκης χομοί, τὸ τυμφρῶν ἀνθοῖς στόλικανθεῖται. Descrip. ton

## C X X X V.

**L**icit præterlabentem riuum transgredi: Quam vero suavitate Zephyrus tacito strepitu mouet ramos, ac frondes? Ad hæc variæ iuui cantiones accedunt, florum colores, pratorum frutices, partim agriculturæ opera, partim naturæ dona: omnia suauissimo odore fragrantia: terra humores saluberrimi: Nympharum vero antrum non laudabo: requirit enim Theocritum.